

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Tit. XXXIX. De Falso Et Variis Illivs Generibvs.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

cum diabolo *n*), & (2) *ad phantasmata referimus* carnales aliasque cum eo conuersationes, nec non transmutationes in hircos, potestatem uolitandi per aerem &c. (3) *adstruimus*, plures dari effectus rerum in natura fundatos, qui tamen, quomodo producantur, non omnibus innotescunt *o*); porro (4) statuimus, magiæ uel *stellionatum*, uel *superstitionem*, uel *melancholiam* subesse, atque hoc casu medicos, ut mentis morbum ex corporis male adfecti qualitatibus pellant, adhiberi *p*), *illo* censuræ ecclesiasticæ, & denique *isto* pœnæ extraordinariæ locum dari debere.

TIT. XXXIX.

DE

FALSO ET VARIIS ILLIUS
LIVS GENERIBVS.

§. CCCCXLI.

Falsum est ueritatis immutatio, da-Falsum, seu
mnum ferens tertio. Quæ ubi dolo
malo facta est, *crimen falsi* constituit.

§. CCCCXLII.

Vnde facile intelligitur (1) nimis ueritatis
riare modos, quibus falsum committi immutatio
P 5 potest; in præiudici-
cium tertii
facta,

n) Id. c. d. §. 31. seq. mag. II, 5.

MAVRITIVS de de-

nunt. sagar. c. 2.

p) Ill. BOEHMER

o) DELRIO *disquis.* c. I. p. 462. seq.



potest; (2) non omne falsiloquium aut mendacium, quo quis oneravit alios, falsum esse *q*); (3) pro uarietate damni, falso dati, non uero illius quod dare intendit, nec lucri, quod percepit, falsarius, falsi qualitatem uariare *r*); *attentati* falsi reum esse, qui immutauit ueritatem aut rem corruptit, ut damnum ferret tertio, quod tamen non euenit; (5) falsarium uix dici posse, qui citra damnum tertii (a) sibi illegitimo confecit testimonium legitimæ natiuitatis *s*), uel (b) alius nomine insignibus aut sigillis usus est *t*), uel (c) testamentum aliudue instrumentum falsum suppressit.

§. CCCXLIII.

cui dolus
subest,

Quia deficiente dolo falsi crimen deficit (§. CCCXLI.): sequitur, ut falsarii quidem, non autem criminis falsi rei sint (1) qui doli non capaces, aut (2) ex ignorantia, (3) errore iuris, (4) ui officii publici, uel (5) ex alia iusta causa commiserunt falsum.

§. CCCXLIV.

quomodo
puniatur?

Pœna criminis falsi arbitraria est *u*).
In ea

- q*) POLAC Syst. Iur. de nobil. I, 12. nr. 34.
risp. G. ant. III, 5, 2. *Elem. nostra Iur. Germ.*
r) a. C. C. art. 112. lib. I. §. 123.
s) BEIERI d. de crimine falsi c. 2. f. *u*) CARPZOV pr. crim. qu. 93. nr. 16.
t) KNIPSCHILD seq.

In ea determinanda iudex attendere debet *falsarii malitiam & damni falso dati quantitatem* * x) qualitatemque. Nimirum dolosus falsi reus mulctatur, priuatur fama, punitur corpore, plectitur capite, prout alterius bonis, honori, fanitati aut uitæ nocuit. Vbi damnum nondum datum est, res falsa remouetur, & leuis pœna falsario dictatur.

* Quantitas damni, quæ furtum facit magnum, hic ad capitalem pœnam non sufficit, KRESS. ad art. 112. §. 7. nr. 2. Diff. BRUNNEMANN de *Dardanariis*. c. f. nr. 25.

§. CCCCXLV.

Qui (1) *uinum* cum aqua commiscet, ^{Adulteratio uini.} aut calce, sulphure, spuma argenti uel aliis rebus fanitati noxiis corrumpit, in delinquentibus est y); &, si dolo malo egerit, punitur uarie, prout nimirum aliorum bonis, fanitati aut uitæ damnum attulit z). Si uero nullum adhuc damnum dederit, iubent leges: uas, quo uinum sulphurosum continetur, frangi, uinum effundi (§. pr.), & illius adulteratorem tot aureis rhenensibus mulctari, quot amphoræ corruptæ sunt a). *Causam, cur*

x) C. C. art. 112. tit 17. von Schiff und

y) Rec. Rotenburg. Zuhrl.

1487. Lindau. 1497. z) R. I. Friburg. cit.

R. I. Wormat. 1495. art. 3.

Friburg. 1498. tit. 72.

August. 1500. tit. 33. a) R. Rotenb. de A.

Ref. Pol. de A. 1548. 1498.



cur falsarius ob solum animum uitæ alicuius nocendi, ubi effectus deest, uita priuandus sit, equidem a WEBERO *b)* demonstratam non uideo.

§. CCCXLVI.

Resignatio
alienarum
litterarum.

Nec minus ille, qui (2) *alienas litteras dolo malo resignauit*, falsi criminis reus, & pro diuersitate status illius, ad quem resignatæ literæ pertinent, nec non criminis falsum concomitantis aut subsequents, uaria pœna adficiendus est *c)*. Contra ab omni pœna immunes sunt (a) *iudex*, qui captiui uel ad captiuum missas litteras resignauit (§. CCCXLIII, 4.); (b) qui alienas litteras casu (§. XXXIV. *d)*), aut (c) quod eas iusta de causa suas habuit (§. CCCXLIII, 2.) *e)*, uel (d) ad eum, quem in potestate habet, directas uidit *f)*, aut (e) ut saluti consuleret publicæ (§. eod. 5.), aperuit.

§. CCCXLVII.

Iterata liberorum ad baptizandum oblatio.

Qui (3) *bis, ter & amplius* liberos suos *ad baptizandum obtulit*, ut sæpius lucraretur manus lustricum, fustigatus in perpetuum

b) d. de crimine adulterat. uinor. litteras resignatas c. 2. §. 15.

c) RINCK. d. de inspect. alien. literar. *e)* Id. c. l. §. I.

d) FRIESENS d. de eo quod iustum est circa *f)* MULLER d. de liter. amat. th. 29.

petuum relegatur *g*). Pœna capitalis ex Recessibus imperii *b*), ut quidam putant, probari nequit.

§. CCCXLVIII.

Porro criminis falsi rei sunt, qui, ut Plura alia cum damno alterius fierent locupletio-^{falsi genera:} res, dolo malo (4) *nomina mutarunt* sua *i*); (5) alios adsciuerunt titulos, alia insignia; (6) alienum partum supposuerunt *k*); (7) mensuram * adulterarunt, aut adulterata usi sunt *l*); (8) sigilla **, instrumenta ***, literas, librosue censuales corruerunt *m*) &c. Horum pœna iudicis arbitrio relicta est (§. CCCXLIV.).

* Hos media ætate graui pœna adfectos esse, constat ex *I. P. S. II, 13. Sæu. c. 114. Weichb. Magd. art. 19.* ubi pœna fustigationis statuitur, concessa tamen reo facultate istam pœnam redimendi.

** Quia in sigillorum publicorum deprauatione uel maxime periclitatur fides publica, qua tamen nihil debet esse sanctius: sigilla publica uel leuiter temerare auctos quouis supplicio dignos habuerunt maiores nostri. HEINECCIUS *de sigillis* p. I. c. I. §. 5.

*** *L. Wisi-*

- g*) CARPZOV c. qu. n. 43. *l*) SVRVV d. de eo quod iustum est circa mensuras & pondera c. 4. nr.
- h*) R. I. 1529. §. 6. *i*) KREBS *de mutat. 45. seq.*
- nom. p. 41. seq.*
- k*) LYNCKERI d. de partu suppos. *m*) KRESS *ad cit. art. §. 10. nr. 2.*



*** *L. Wisigorb.* VII, 1. seq. distinguit in *principis praecepto*, an in *priuata* quadam *scriptura* falsum commissum fuerit. *L. Ripuar.* LIX, 3. eos, qui instrumento falso in foro usi fuerant, solidis multabat, si Cancellarium exceperis, cuius pollex dexter amputabatur. *Longobardi* ab eo, qui chartam non ex formula scripserat, *widrigeldum* *L. Longob.* I, 29, 2. ab auctore autem falsae chartae, amputatam nec ulla pecunia redimendam manum petebant *ib. leg.* I. Id quod & media aetate iuris fuit. *I. P. Suen.* c. 384.

TIT. XL.

DE PERIVRIO.

§. CCCCLIX.

Periurium
quid?

Falsum (§. CCCCLXII.), quod sub iuris iurandi * religione committitur, qualificatum est (§. LV, 7.), & audit *periurium*.

• Maiores nostri, quibus omnes gentes inferiores erant fide, *TACITVS Annal.* XIII, 54. ignorarunt fidem iuratum, & sic etiam illius uiolationem. Ex quo uero fides germanica cepit esse gallica, simplex non amplius sufficebat, sed requirebatur iurata, quam uiolans periurus dicebatur.

§. CCCCL.

Vnde aperte fluunt axiomata :

- I. Periurium supponit iusiurandum legitimum.
- II. Periurium consummatur damno per uiolationem fidei iuratae dato.

III. Cri-

